

## Alte Drucke

### Postillae Sive Conciones ... In Epist. & Euang. de Sanctis ... memoria

POSTILLÆ SI-||VE CONCIONES REVE-||REND. D. IOANNIS FERI, || Metropolitanæ  
Moguntinæ Con-||cionatoris absolutiss. || In Epist. & Euang. de Sanctis, quorum  
ab Ad-||uentu vsque ad Festum Pascæ in ...

**Wild, Johann**

**Antverpiae, 1559**

IN DIE S. STEPHANI EVANGELIVM Matth. 23.

---

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle ([studienzentrum@francke-halle.de](mailto:studienzentrum@francke-halle.de))

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150424**

stendit, vnde pro merito à Christo celebratur. Quia vidisti me Thomam, inquit, credidisti: Beati qui non viderunt & crediderunt. Quasi diceret: Oculis tuis Thomas vidisti me, manibus tuis attrectasti me, corde tuo agnouisti me, nec cæcus, nec piger, nec permansisti pertinax. In vita mea, in morte mea, in resurrectione mea vidisti me. Vidisti docentem me populos, vidisti liberatorem, vidisti triumphantem. Constanter credidisti corde, fideliter confessus es ore, perseveranter id ostendisti operibus. Beati omnes ita me consistentes, ita credentes, corporalibus licet me oculis nunquam viderint. Atque hoc quidem verbo, omnes nos ad imitationem Thomæ confessionis nos attrahit. Hoc inquam verbo consolatur nos, fore, vt æquè salutem consequamur nos qui nunquam vidimus Dominum Iesum corporaliter, nec videbimus hic, atque illi qui viderunt, modò crediderimus. Sed & incredulos his verbis præuenit Christus, ne arbitrarentur sua causa Christum rursus, quemadmodum Thomæ sese manifestaturū. Tibi, inquit Christus, Thomam, datum est, rursus videndum me offeram. Cæteris aut nō sic, quibus verbo meo assentiri satis sit. Beati qui non viderunt, & tamen crediderūt. Illuminet & aperiat omnium nostrum oculos pius Dominus: in plenam sui agnitionem nos dirigat, Amen.

IN DIE S. STEPHANI  
EVANGELIUM

Matth. 23.

*magnus effectus  
piratæ & rapti  
et iniquitatis  
populi sui*

**D**ixit Iesus Iudæis, Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapiētes & scribas, & ex illis occideritis, & crucifigētis, & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatē: vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinē Zachariæ filium Barachiz, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis: venient



nient hæc omnia super generationem istā. Hierusalem Hierusalem, quæ occidis Prophetas & lapidas eos qui ad te misi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

## EODEM FESTO EPI-

Itola. Acto. 6. & 7. Cap.

**S**tephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia, & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidā de Synagoga quæ appellatur Libertinorū, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia, & Asia, disputantes cū Stephano, & non poterāt resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. (Tunc Capi. 7. submisērūt viros, qui dicerent se audiuissē eū dicentem verba blasphemie in Moysen & Deū. Cōmouerunt itaq; plebem, & seniores, & scribas: & cōcurrentes rapuerunt eū, & adduxerunt in conciliū, & statuerunt falsos testes, qui dicerent: Hic homo non cessat loqui verba aduersus locū sanctū & legem: audiuimus enim eū dicentem, quoniam Iesus Nazareus hic destruet locū istum, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Et intuentes eum omnes, qui sedebant in cōcilio, viderūt faciem eius tanquam faciem angeli.) Audientes autē hæc dissecabantur cordibus suis, & stridebant in eum dentibus. Cum autem esset plenus spiritu sancto,

f 2 in-



intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Iesum  
stantem à dextris virtutis Dei. Et ait: Ecce video  
cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris  
virtutis Dei. Exclamantes aut̃ voce magna, cōti-  
nuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnani-  
miter in eum. Et eicientes eū extra ciuitatē, lapida-  
bant: & testes deposuerūt vestimenta sua secus pe-  
des adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapida-  
bant Stephanum, inuocātem & dicentem: Dñe Ie-  
su, accipe spiritum meum. Positis aut̃ genibus, cla-  
mauit voce magna: Domine, ne statuas illis hoc  
peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit.

PRIMVS SERMO,

Quomodo hæ festiuitates na-  
tali Domini iungantur.

**Q**uod Ecclesia alia adhuc festa Natalis Dñi solēnijs  
coniungit, quibus corporalibus exercitijs, vanisq;  
mūdi curis vacaremus, nemo quasi vacuum ra-  
tione aspernet. Optimo enim id & Christiano planē sit  
cū proposito, vt & melius & diutius mentis nostrę per-  
duret deuotio, tum etiam vt Dei mirabilia cogitandi tē-  
poris angustia non prohibeamur. Sed & penitius disca-  
mus & agnoscat̃ nouus noster in mundum natus Rex,  
& fides nostraumat inde augmentum. Nihil ergo his  
festis diebus præter laudē Dei, nostramq; salutem, quæ-  
ritur. Nemo igitur paucis his diebus ab opere manuario  
solicitudinibusq; vacare, quo in sola Dei filij natali oc-  
cupetur, difficilem se præbeat. Si enim Mundi huius  
filij, totos menses, ne dicam integros annos sine diffi-  
cultate nonnunquā impendunt, vt paululum lucelli fa-  
ciant: cur nos pauculos dies iuxta Domini Iesu præsepe,  
vbi diuitias veras nulla etiam comparatione in infini-  
tum cunctis mundi huius opibus maiores inuenimus,  
morari grauamur? De qua diffusius heri dictum puto.  
Sed hinc difficultas illa, quod non minima inter nos ho-  
minum pars his diebus ad otium, ad comestationes, ad  
ebrietates, ad lulum & iocos, ad peccandū miserē abuti-  
tur;



tur: vnde fit sæpè numero his diebus plus cæteris vbi-  
que peccetur.

Sed non ea horum dierum instituendorum causa. Nô  
hoc piorum patrum nostrorû exemplo didicimus. Illis  
enim hi dies nihil aliud, quàm continuatio, & duratio,  
& perductio quædam deuotionis, indefessa quædam  
diuini honoris diligentia, & cõstans sibi per omnia Dei  
Opt. Max. mirabilium admiratio erat. Non profectò  
vna diecula, nec duo, vel etiam tres tanti partus medita-  
ri magnalia sufficiunt; totius vitæ nostræ huic rei tempus  
postulatur. Huius quidem nos commonefaciunt illi festi  
dies. Quanquam autem obiter intuenti, videntur non  
Christum sed sanctos respicere, quod hodie Stephani,  
cras Ioannis fit memoria: propriè tamen eò tendunt  
vt simul vnæque cogitemus, quomodo se **C H R I S T V S**  
per semetipsum, quo modo etiam in sanctis suis se ex-  
hibuerit mundo.

In persona Christi quatuor nobis Ecclesia proposuit  
heri, facta mirabilia, verba consolatoria, magnos fructus,  
exempla salutaria. Eadem nobis etiã in sanctis suis **Acto. 6.**  
Christus exhibet. Quæris quomodo? Sume tibi ad manus  
ipsum Stephanum. Sic enim de eo scriptum legimus:  
Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat signa  
magna in populo. Vide ergo & hic tibi mirabilia. In-  
super & alia in ipso consideramus, æquè mira atq; illa:  
quod tam patienter patiebatur, quod tam lætus ac volēs  
in mortem abiit, quod in his omnibus magis pro perse-  
quentium, quàm pro propria suiipsius salute rogauit.  
Atque hæc illa vera miracula, quæ non natura in nobis,  
sed diuina perficit gratia. Adhæc certissima signa sunt,  
Christû cor hois inhabitare. Id quod ipse Stephanus te-  
stat: Ecce inquit, video cœlos apertos, & Iesum stã- **Acto. 7.**  
tem à dextris virtutis Dei. Ex illo fonte eiusmodi facta  
promanant. Quàm diu terram, quæq; terræ sunt cogita-  
tionum intuemur oculis, nihil horum efficimus. Qui e- **Ioan. 3.**  
nim de terra est, de terra loquitur, ipse terra: at oculos  
in cœlum subleuantes, Deumq; suspicientes, tunc tan-  
dem istiusmodi in nobis perficiuntur opera. Sic & in  
Machabæis legimus, quod quondam vbi Antiochus **2. Mach. 3**  
credentes à Dei lege ad idolatriam tormentis cogere  
f 3 voluisset,



Heb. 10. voluisset, cōstantis fidei matrona liberos suos admodū  
pie cœlum suspicerent, Deumq̃ue cogitarent, hinc nec  
tyrannum nec ipsam mortem etiam timerent futurum  
fore, cohortata sit. Idem & Apostolus ille gentiū de qui-  
busdam prædicat: Direptionem, inquit, bonorum vestro-  
rum cum gaudio accepistis, scientes vos habere in vo-  
bis potiorem substantiam in cœlis ac manentem. Ecce  
A. 7. ergo primum, nempe quod Christus etiam in beato Ste-  
phano magnalia operatus est.

*Et factum est*  
Sed & consolatoria verba in D. Stephano comperi-  
mus, quod dicit: Ecce video cœlos apertos, & Iesum  
stantem à dextris virtutis Dei. Nō impijs quidem per se  
quotoribus illis hæc verba vllam consolationem adfere-  
bant: imò & obturatis auribus audire recusarunt. Ter-  
renis tantum inhiantes, nulla animi afficiebantur lætitia,  
quod cœlum apertum audirent: pijs verò & fidelibus  
nihil amabilius, nihil est iucundius, quam audire cœlum  
apertum esse sibi, & quod Iesus à dextris Dei stet, se de-  
fendat: Imò quod à dextris diuinæ potentie adstet, pa-  
ratus, in omnibus angustijs, in omnibus aduersitatibus,  
ad eruendum & liberandum. Hoc ergo secundum si-  
gnum, quod Christus in D. Stephano operatus est, quod  
tam consolatoria verba loquutus est.

Tertio & magnos fructus, maxima dona in hoc Ste-  
phano videmus. Stephanus, inquit scriptura, plenus gra-  
tia & fortitudine erat. Et Stephanus plenus fide & spiri-  
tu sancto. Nōne autem hæc magna sunt dona Dei? Un-  
de enim illa Stephano, nisi à Deo? Ecce ergo & tertio  
hoc sese Christus in Stephano ostendit.

Postremo nec defunt in illo salutaria exempla, & qui-  
dem multæ consolationis illa, maxime quod non male-  
dicebat nec obganniebat, cum malediceretur, & quod  
pro inimicis suis orabat, cum lapidaretur. Id quod ne-  
mo præter vnum Christum in eo operatus est. Vide-  
mus ergo hoc ipsum Christum in Stephano operatum  
esse, quod in se ipso ante in natiuitate sua exhibuit: fa-  
cta mirabilia, consolatoria verba, magna dona, seu fru-  
ctus vberimos, salutaria exempla. Quia ergo nihil in  
Stephano præter Christū, & sua facta: merito & hæc se-  
ritas natali domini subnectitur, in hoc nobis seruens,  
vire-



vt rectius agnoscat Christus. Restat ergo vt eo modo suscipiamus, & honorificetius tractemus eum, quàm vel Bethlehemitæ susceperunt eum in propria persona, vel Iudæi, vt hodiernum Euangelium docet, tractauerunt eum in membris suis. Magna enim certè diuinæ pietatis misratio est, quod Christus Prophetas suos in hunc mundum mittere non cessat. Contra ingens quoq; ingratitudo est, quod mundus hic nequissimus, eius generis à Deo missos Prophetas non tantum non suscipit, verumetiam plerumque & maxime iniuria afficit & persequitur, vt apertissimè in Stephano videre est, in quem persecutores sui dentibus stridebant, impetum in eum facientes, & extra portas eicientes, & quem lapidabant qui pro ipsis orabat: annuncians illis celos esse apertos, & Iesum qui ab ipsis Crucis pœna damnatus esset, in omnium auxilium paratum coram Deo stare, vt vnicus inter nos & Deum mediator. Certè horrendum iudicium futurum expectatur, si, vt verissimè expectatur & hoc ipso Euangelio CHRISTVS prænunciat, seruorum suorum sanguinem vindicabit Deus in mundo. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam, omnis sanguis iustus à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachæ, quem occidistis inter templum & altare. Fugiamus ergo è mundo, ne simul cum ipso damnemur. In eam

*Vindicta futuræ  
sanguinis effusi.*

Apo. 18.

## SECUNDVS SERMO,

*Cur peracto natali Domini, statim de  
Sanctis habeatur memoria.*

**M**irabitur fortè quis, nec id sine causa hodie: quandoquidem Ecclesia heri natalem Domini Iesu, tanta celebrauerit lætitia, tantaque exultatione, tanta de eo, vti verò Messia, indubitata DEI hominifque sobole, & cantando & prædicando per totum hunc Christianum orbem denunciauerit: cur hodie tam repente ad alia, nempe à Christo ad Stephanum, hoc est, à Domino ad seruum, à Deo ad creaturam, conuertatur. Quin huius ignorans causas, aut aliàs fastidians,



quicquid in Ecclesia peragitur, occasionem inde calumniandi & detrectandi de Ecclesia, ut quæ à Christo nos ad Sanctos dirigat, aut sanctos pari cum Christo honore dignetur, aut Christi honoribus detrahat, præter hunc aliam quandam salutis denotet viam, piscabitur. Sic enim quibusdam mos est Ecclesiæ interpretari ordinationes ut Christo iniuriam fieri arbitrentur, si quando vel in minimo recordamur Sanctorum, vel quàm prudentissimè de ijs verba faciamus. Ut ergo cesset eorum calumnia & in Ecclesiam detrectatio, initio huius sermonis, rationes reddere, cur statim peracto natali Domini quorundam sanctorum in Ecclesia habeatur memoria, visum est operæpretium.

Nemo ergo nesciat, non eum Ecclesiæ morè, vilius sancti, quotquot vel hac septimana, vel alias suas habet memorias, festo nos à Christo abstrahat, quinimo rectè ad ipsum adducat. Nulla profecto hi festi dies alia sunt instituta ratione, quàm ut beneficium Christi, hoc est, gratia & effectus, intentio & fructus sanctæ natiuitatis illius apprehendatur & cognoscatur rectius. Neque enim vllò nostro commodò tot insignitus esset titulis, quod Rex sit Christus, quod omnium Regum Rex, quod dominantium Dominus, & si qui sunt alij quorū heri mentionem fecimus, nisi nostri commodi ijs vteretur. Quanquam autem abundè id satis scriptura passim demonstret: plurimum tamen ad rem facit, iuxta Scripturam proponantur alij, in quibus clarissimè videre liceat, quid & Dominus Iesus Christus in nobis hominibus operetur. Imò totius Sacræ Scripturæ autoritas visceret non nihil, si tantū verbis consolari nos velit, non etiam aliquem exhibere, in quo promissiones suas compleuisset Christus, possit. Quemadmodum ergo scriptura non modo promissiones Dei nobis denunciat, sed etiam plurima exempla, in quibus nō nuda verba aut inanes promissiones esse perspicimus: ita etiam facit Ecclesia. Heri Christum nobis ut fundamentum & angularem proposuit lapidem, cui tuto coagmentamur: qui & ipse fons est unde omnes omnis salutis promanant riuuli. Ne verò quis dubitet, omnes certò sciamus vera & indubia esse, quæcunque vel angelici cætus vel homines



de hoc puero Christo magna prædicarūt, mox ecce proferūt exempla, in quibus videmus, immobiles persistere, quicunq; in Christum coædificantur, quibus gratiarum donis se sequentes ditet & remuneret. Huius rei causa tantū, hodie Sancti Stephani habetur memoria, eadem etiā aliorum Sanctorum per annū, non vt per hæc à Christo seducamur: sed vt & Scripturis doceamur, & externe ipsi oculis veluti videamus, quid nobis à Christo sperandū, quid in nobis operetur, & quales nos esse cupiat. Quicquid, inquā, his festiuitatibus peragitur, omne eo dirigendū est, vt eo Christi agnoscat recti, quæ ratur diligētius, diligatur vehemētius, teneatur fortius.

Hanc ergo esse Ecclesiæ voluntatē in his festiuis diebus, inde colligitur, quod licet recordetur Sanctorum, quotidie tamē suis filiis acclamat verbis Davidicis: *Misit Dominus redemptionem populo suo, mandauit in æternum testamentum suum.* Et iterum, *Psal. 111. Lux orta est iustis, alleluia, & rectis corde lætitia. Lux, inquā miserator, & misericors & iustus dominus.* Et: *Apud Dominum misericordia, & copiosa apud Deum redemptio.* *Psal. 129.* Hæc ergo verba quotidie hoc tempore nobis Ecclesia præcinit, euident profecto argumentū, quod non abducatur nos à Christo. Id quod breuiter indicare volui: partim, vt simpliciores festorum huius temporis causa non scandalizentur: partim etiam, vt tandem Ecclesiæ hostibus os obturetur, qui huius causa Ecclesiā condemnāt, euulgātes minimē Christianē Christianos facere, à Christo homines ad Sanctos detrahere, id quod apertissima calumnia, & iniqua, vt modo audiuius, detrectatio est. Summa: Optime Christus & Stephanus conueniunt, nec minus amborum festa congruunt, imò necesse est cōiuncta sint, ita planē, vt nihil nobis profit Christi vel natalis, vel etiam natiuitas, vtur per se magnifica & sacrosancta, nisi sanctorum festa sequatur. Id quod sic intelligas: Vt multa de Christi persona nobis prædicet Sacra Scriptura, nulla tamē nos lætitia afficeret, nisi ea sua bona nobis communicaret. Si quando aut magna de Christo prædicantur, & consideramus quod ea ipsa nobis etiā enlargiantur, totos nos gaudijs implet & lætitia. Et quid hæc festa Natalem Christi subsequētia indicant, nisi quod



**Rom. 3.** Christus, non solum vnigenitus velit esse patris, verum-  
etiam quod primogenitus in multis fratribus? Non qui  
solus regni illius hereditatem possideat, sed qui multos  
coheredes habeat? Hoc, inquam, presentis sanctorum no-  
bis indicant memoriae, multo celebriorem, quam alio-  
qui esset, reddentes natalem domini. In his enim, festis,  
in multis, non in vno clarè videmus, quod altissimi pa-  
tris omnipotens filius, ideo de cœlis in terras deuenerit,  
vt nos in cœlos sustolleret. Ideo hominis factus filius  
est, vt nos Dei filios efficeret. Qua aliàs audacia Sanctus  
Stephanus dixisset: Video cœlos apertos? Aut qua iam  
morti proximus confidentia petiisset: Domine Iesu sus-  
cipe Spiritum meum? Quis huic omnibusque alijs piè  
credentibus cœlos reserauit & aperuit, nisi Iesus Chri-  
stus? Sed & vnde illi isthæc confidentia in capitis etiam  
periculo, nisi quod certò sibi persuaserat, Christum in se  
credentibus sua dona communicasse, omniaque velle  
cum ipsis habere communia?

Huic ergo rei hæc festa seruiunt, ideoque coniuncta  
necessariò sunt. Neg; enim scire debemus tantum, quod  
Christus venerit, quod plurima dona secum attulerit:  
sed etiam, cui venerit, nobis utiq;, & quales nos esse cu-  
piat. Ideo ergo vt heri audiuius, qualis Christus rex  
sit, quæ ornamenta eius: ita hodie videmus quos requirat  
seruulos, & quis horum ornatus sit. Heri quod ipse san-  
ctus sit, hodie quod idem & alios sanctificet percipimus.

**Ioan. 1.** Heri quod à Deo vnctus, plenus gratia & veritate sit, au-  
diuius: hodie quod illa vnctio etià in alia omnia mem-  
bra à ipso tãquam capite distuat, videmus. Certù enim  
quod ab eius vnctione manauerit, quod de Stephano scri-  
ptũ est: Stephan⁹ plen⁹ gratia & fortitudine, plen⁹ fide &  
sancto spiritu. Heri quid in seipso possit habeatq; domi-  
nus, audiuius: hodie quid in pijs operetur seruulis viden-  
mus. Et quid multa? Heri dictũ est, quod Christus fons  
veræ totiusq; etiam salutis sit: hodie ab ipso fonte pro-  
fluentẽ demiramur riuulum. Quemadmodũ enim natu-  
rali ebullitione fons multis humanis aquã largitur vsi-  
bus, vt lauetur, vt bibatur, vt aspergatur vel humectetur,  
vt coquatur: sic etià à Christo promanans gratia, creden-  
tibus in omne bonũ comodat, vt clarè in S. Stephano vi-  
dere

**Bern. 9.**



dere est. De ipso enim scriptum est, quod plenus gratia, fide, & spiritu sancto fuerit. Atq; hæc quidem aqua, qua à peccatorum mundamur sordibus. Sed vnde isthæc Stephanus? Per Christum: per hunc gratia, per hunc habemus redemptionem per fidem in sanguine ipsius, ipsam dico peccatorum remissionem. Deinde & quod fecerit signa & prodigia magna in populo, legimus: atq; hæc quidem aqua, qua nonnullæ plationes irrigantur. In hoc, n. sanctis virtus edendorum largita est miraculorum, ut eo fortius imbecilliores crederent, & in fide confirmarentur. At vnde illi hæc virtus? Haud dubie ab eodem Christo. Ego, inquit, dedi vobis omnem potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & contra omnem vim Diaboli conterendam. Ephes. 1.

Tertio de ipso Stephano legimus, quod predicauerit, & cum aduersariis disputauerit. Et hæc quidem aqua sitim releuans: aqua, inquam, sanæ doctrinæ & sapientiæ. Sed nec hoc ipsum Stephanus vlllo aliquo nisi à Christo habuit. Ille enim solus est, qui suis os et sapientiā contra omnes aduersarios tribuit, cui nemo potest resistere. Quartum, et hoc de S. Stephano nouimus, quod seuerè & duriter impios increpauerit. Duri ceruice & incircūcisi corde & auribus, inquit, vos semper spiritu sancto resistitis: sicut patres vestri ita & vos. Atq; hæc quidem feruens aqua, qua cibus coquitur, aqua æmulationis. Sed vnde illi illa gratia, ut potentes & doctos corripere, nisi à Christo: qui in Hieremia. Ecce, inquit, posui te ut diruas, ut destruas, ut eradices quod malum, ut erigas, ut edifices, ut places quod bonum. Et in Ezechiele: Ecce dedi faciem tuam valentiorē facieb. Ezech. 3.

bus eorum: & frontem tuam duriorē frontibus eorum, ut adamantem & ut silicem dedi faciem tuam. Ne timeas eos, neque metuas à facie eorum, quia domus exasperans est. Quintum de S. Stephano legimus, quod dixerit: Ecce video coelos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Et: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Et: Domine Iesu suscipe spiritum meum. Et hæc aqua deuotionis, imò aqua vite æternæ: videre nepem Deum, & de eius gratiis gaudere. Et denique vnde Stephano hæc gratia nisi à Christo? qui dicit: rursus veniam ad vos, & suscipiam vos ad meipsum, ut ubi ego sum, illic & minister meus erit. Ecce ergo quod nihil in Stephano nisi Ioan. 14.

nisi



POSTILLA V. IOANNIS FERI

nisi Christum comperimus, audimus, & videmus, eoq;  
minus admiremur, eius in hac septimana celebrari so-  
lennia. Rogemus ergo Deum, vt sua nos donet gratia,  
& vt Christus eo in nobis loquatur modo & operetur,  
quo in illo: maximè vt ex cordibus nostris remittamus,  
& pro inimicis nostris, vt ille fecit, cui<sup>9</sup> hodie festa per-  
agimus, oremus.

TERTIVS SERMO,

*in Euangelium Matth. vice-  
simo tertio Cap.*

**E**uangelium quod hodie audiimus non solum per  
se valde seuerum, verumetiam omnino dispar ab il-  
lo, quod heri nobis prælectum est. Tunc enim no-  
bis præcinebatur ex Dauid: Speciosus forma præ filijs  
hominum, &c. Verùm in huius diei Euangelica lectione  
ita nos alloquitur Christus, vt meritò exhorrescant & ti-  
meant omnes. Heri dicebant Angeli: Natus est nobis  
hodie saluator mundi: hodie verò ipse Christus nonnul-  
lis: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta: imò  
auferetur à vobis regnum Dei. Heri, Benedictus qui ve-  
nit in nomine domini, Deus dominus illuxit nobis. Ho-  
die vero: Non videbitis me amodò. Et quæ causa quod  
multo alia ratione heri denūciatur ab angelis, quàm ho-  
die per se ipsum p̄dicatur orbi? Quæ illa metamorphosis?  
aut nunquid falsum reputabitur, quod heri de eo per an-  
gelos denūciatur? quod heri de ipso in Ecclesia prædi-  
catur? At verò idem ipse Christus est qui fuit semper. Ve-  
rùm enimverò hoc videndum, quibus hominibus fami-  
liariter loquatur Christus, quibus secus. Isaias quidē in  
persona Christi loquitur: Consolamini, cōsolamini: sed  
addit, Popule meus. Sic Angelus de ipso: Ipse liberabit,  
sed populum suum de peccatis suis. Et quis illius popu-  
lus? Audi quid Dauid dicat: ~~Populum~~ humilem saluum  
facies. Et iterum: Tibi derelictus est pauper, orphano tu-  
eris adiutor. Ecce hic populus Domini Dei, qui in quē  
confidunt nō habent: sed in Domino Deo spes eius. At-  
que his quidem Christus amicus est. Talem se pastori-  
bus, talem ab Oriente Magis, talem Simeoni, Apostolis,  
latroni in cruce, multis quē alijs infimæ fortis hominibus  
se se exhibuit. Ad quos verò sermo hodierni Euangelij  
venit,

Psal. 44.

Luc. 21.

Matt. 22.

Psal. 117.

Isai. 40.

Matth. 1.

Psal. 17.

Psal. 9.



venit, non erant eius populus: Et quid mirum, quia nec amice nec familiariter eis loquitur? Vt ut tamen seuerus illis semet exhibet Christus hoc Euangelio: multa tamē sunt quæ amicum ipsum ostendūt. Atque hoc ipsum breuiter dicam, finem deinde facturus de Sancto Stephano.

Primum itaque duo consideremus in hac lectione Euangelica, nempe quo tempore & ad quos huius Euangelij sermo factus est. Atque hinc illud primum consideremus, quod non suæ prædicationis initio, sed à fine statim his verbis vsus est, Et cur non à principio? Arundinem quassatam ne corrumpere, & linum fumigans non extingueret: hoc est, ne amplius homines perterrefaceret ut pusillanimes reddat, quos antè Ioānes obstupe fecerat diuini iudicii denunciatione. Ideo, inquit, Christus prædicationis suæ munus verbis consolatorijs aspiciat est. non nisi in fine seueris his sermonibus vsus est, ut impij & impenitentes, se non solum saluatorem, sed & iudicem esse: non agnum tantum, sed & leonem: nec solum gratiæ in se habere mel, sed & iudicii aculeū, Apoc. 5. quemadmodum & in alio dicit loco: Pater omne iudicium dedit filio. Sed quibus, audiamus obsecro, tā atrocibus verbis loquitur Dominus? Haud dubiè malis, & qui mite quid à Christo audirēt indignissimis. Sed nunquid publicanis, peccatorib<sup>9</sup>, tyrānis, idolatris, mœchis aut homicidis loquitur? Non: sed scribis, sed Phariseis. Et quis isthæc non miratur? Quid, inquis, nunquid alijs tam atrociter atque seuerè loqui potuit? Aut cur nō ad ultimos, Tyrannos, aliosque eius farinae homines tam inclementer alloquitur? An verò soli Pharisei damnationem demeriti? Audi. Externa & omnibus manifesta delicta Moisi lex corripuit et damnauit, ideoque superfluum si denuo ea repetere velit Christus. Maledictus omnis, qui non permanferit in omnibus verbis istis, quæ scripta sunt in lege Moisi. Sed Pharisei Iudæorum sibi ipsis videbantur iusti, ut lex, nec quisquam alius eos argueret. Ideo ergo necesse erat Christus eos argueret, ut se Deut. 17. peccatores agnoscerent, & nemo diceret, quia nullo saluātē indigeret. Omnes enim scriptura sub peccatū Rom. 16. plebitur, ut omnium misereatur Deus. Et quid Christus in Phariseis offendit malū? Non erant sicut cæteri hominum,

Isa. 42.

Apoc. 5.

Ioan. 5.

Deut. 17.

Rom. 16.

num,



- Luc. 18. num, raptore, adulteri, iniusti. Ieiunabant & orabant  
 Matth. 6. plurimum: imò planè iusti habebantur coram homini-  
 bus. Nihilominus erat in eis quod argueret Christus.  
 Heb. 4. Ipsius enim oculi etiam abscondita videt cordium. Sed  
 quæ eorum peccata fuerint, longo inuenies in Matthæo  
 Matth. 23 recitata catalogo. Quid ergo profuit, quod coram homi-  
 nibus honestis gaudebant titulis, quod neque raptore,  
 neque adulteri, sed in corde coram Deo superbi, avari,  
 impuri, inimici honorum Christi, veritatis persequuto-  
 res, & iustitiæ?

Atque hic quidem mentis suspiciamus oculis. Nos enim hæc res tangit, necdum enim Pharisaicum illud ser-  
 mentum à nobis abstersum est, pleni internè omnigenis  
 cupiditatibus et peccatis, simus licet foris in specie iusti,  
 atq; ideo merito timemus, ne pari modo Christus con-  
 tra nos clamet, Væ vobis hypocrita, &c. Certissimè enī  
 grande hoc peccatum formidanda sequitur pœna. Nam  
 hac ipsa Evangelica lectione Christus triplicè pœnā e-  
 iusmodi minitatur hominibus. Temporaneam vnā, cū  
 dicit: Relinquetur domus vestra deserta. Spirituale aliā,  
 cum ait: A modo non videbitis me, donec dicatis: Bene-  
 dictus qui venit in nomine domini. Sempiternam deni-  
 que, vbi ait: Væ vobis, &c. Et: Veniet super vos omnis  
 sanguis iustus, qui effusus est super terrā, &c. Sit ergo no-  
 bis dictum, & timeamus semper.

Sed sit licet hoc præsens Euangelium durū & atrox  
 in malos: habet tamen piorum causā verba consolatio-  
 nis plena, & quidem numero multa. Primum, quod non  
 nisi vel negligentibus vel aspernantibus immitis Deus  
 est. Secundum, quod suorum iniuriam non sinit inultam  
 in malos. Demortui erant Abel & Zacharias aliquot an-  
 norum centenis, nihilominus Christus ait: fore vt eorū  
 sanguis veniat super istam generationē. Tertium quod  
 suos semper sub alas alliciendo collocet, hoc est, in suam  
 fidem et defensionem suscipiat. Ea enim propter in præ-  
 sepe pueriliter vagiens plorauit, ideo prædicans magna  
 voce clamauit, ideo etiam cruci affixus, manus expadit.  
 Et quid pro magis consolatorium?

Quartum, quod non tantum priscis seculis suos lega-  
 tos, Prophetas, Sapientes, & scribas miserit, verum etiam  
 necdum

*Inuenitis apud  
 ob. p. 11. b. 1. 1.  
 nō obliuiscit  
 m. 1. 1. 1. 1.*



necdum desistat idipsum facitare : mittit quotidie homines, qui nobis præterita in memoriam reuocent, & ijs quæ præsentia sunt, de futuris admoneant. Id porro magna diuinæ pietatis miseratio est. Prophetæ sunt, qui futura prænunciant. Sapientes & prudentes sunt, qui rectè præsentibus vtuntur, ideoque & villicus iniquitatis, prudens: contra diues de possessionum suarum magnitudine confidens, stultus: & lampades tenentes sine oleo virgines, fatuæ scripturarum autoritate dictæ sunt. Scribæ verò sunt, qui præterita nobis in memoriam reuocant. Talis scriba Diuus Stephanus extitit, qui longo sermone magnalia Dei ipsorum parentibus exhibita Iudæis repetit & enumerat. Fuit idem & sapietum numero vnus, de quibus Christus loquitur. Primum quod vera Dei dona, vt fidem, fortitudinem internam, gratiam Dei & spiritum quæsiuit. Secundo quod in defensione eius, quæ in se erat, fidei, prudentem se per omnia exhibuit: quam etiam fidem constanter prædicans, nullo modo relinquare voluit. Tertio genuinam illam & inter multos raram sapientiam ostendit per omnem vitam. Inter bonos enim multa & maxima ædebat miracula, inter malos verò angelicè planè viuens, angelicam ex sese ostendebat faciem. Quarto & maximè eam sapientiã in mortis suæ pijsima ostendit præparatione. Suspexit enim in cælum, remisit inimicis suis, orauitque pro eis. Animam suam Christo Iesu vero Saluatori commendauit. Hoc denique mortì se præparare est. Hæc summa sapientia est, & præcipua ars est. Postremo, & Propheta erat, cum dicit: Ecce video cælos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Quasi diceret: Surrexit è folio paratus ad vindictam & pœnam: respiscite ergo, & viam iniquæ vitæ vestræ relinquit. Securis enim ad radicem arboris posita est. Nō effugietis iram homini Dei, &c. Sed nobis id dictum arbitremur, quotidie Prophetas similia denunciantes audimus. Videmus quotidie etiam sapientes, in quibus veram inuestigare licebit prudentiam. Sollicitè præuideamus, vt maiori cum vtilitate ijs vtamur, quàm Iudæi vti sunt Stephano & alijs. Gratia Dei nobiscum, Amen,

Q V A R -

*propheta est  
Iapnae hys qui  
sunt.  
Luc. 19.  
Matt. 25.*

*Genba qui 6.  
A& 7.*

*Matth. 3.*



QUARTVS SERMO,

Cur huic Festo hoc Euangelium sit  
deputatum, Matth. 23.

Matt. 23.

Luc. 2.

Dan. 9.

**S**ic Christus in hoc Euangelio minimè blandis sermonibus imò horrificis increpationibus intonat, vt mirari quis possit, sit ne idem ille Christus, quem Saluatorem mundi Angeli, quem sanctum sanctorum appellauit Daniel, de quo omnes passim Prophetae tā multa bona prædicant. Si enim ipse saluator, & redemptor orbis (dicet aliquis) cur tam horrenda minatur hominibus, quod omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, superuenturus sit in eos? Si, vt Angelus docuit, pro natiuitate eius gaudendū est: cur ita adoritur Iudæos, quibus primum visus? Si sanctus sanctorum, cur nō & hos, ne in eam impietatem prolaberentur, sanctificauit? His ergo similia cogitabit fortè quis.

Sed nemo pius propterea erroris sumat materiam. In externis enim videmus, quod non vbiq; idem effectus solis est: mollificat ceram, indurat linum, vtrunque tamē vno splendore. Tum etiam quid Scriptura Deo attribuit, nouimus: quod cum sancto sit sanctus, & cum peruerso peruersus. Adde quod ipse Christus dicat, se in mundi venisse iudicium, vt qui cæci videant, & videntes non videant.

Psal. 17.

Ioan. 9.

Dan. 9.

Prædixerat idē illud Daniel, quod præteritis septuaginta hebdomadibus ad Messiae aduentum præfinitis, consummaretur præuaricatio. Id doctiores interpretantur, quod vbi Messias appareret, Iudæorum iniquitas maxima esset futura, implēs mensuram ad summum, ideoque Christum non longius expectaturum, sed simul eos eradicaturum esse: Id verò pulchrè cōuenit cū eo quod statim ante initium huius Euangelij Iudæis Christus dixerat: Implete mensuram patrum vestrorum. Quasi diceret: Ecce tempus adest, vt in vos deueniat à Daniele prædicta desolationis abominatio. Vos ergo nihil prætermittite: quin, quod Patres vestri in Prophetis, hoc ipsum in me perficite, vt consummetur mensura, eoq; citius & celerius Dei iudicium in vos descendat.

Matt. 23.

Manifestum est ergo, Prophetas vtrunque coniunxisse, nempe Christum credētibus Saluatorem, infidelibus scan-



scandalum, Gentibus lucem, Iudæis excacationem fore: credētibus perpetuam iustitiam allaturum, excacatis verò Iudæis dignam factis pœnam irrogaturum.

Minus ergo turbetur pius, quicumque est, quod seu-riorem se Christus verbis huius Euāgelij exhibet, tam familiaris & amicus, cum Angeli, tum vbiq; Scripturarum eulogijs denunciatus. Luti, non solis defectus est: non æque mollescit atq; cera. Non Christi sed Iudæorum causa est, quòd nec salutaris domini aduentus, sermo & actus, passio, & mors, nec Euangelium eos fructus in Iudæis protulit, quos in Gentibus. Hierusalem Hierusalem, inquit, quoties volui filios tuos congregare quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiſti.

Matt. 23

Pulchrè igitur hoc Euangelium hodie legatur institutum est. Primum, ne quis arbitretur nihil esse Christū, præter saluatorem: quali nihil posset, præter saluare, dare, tueri, misereri, qui necesse habeat omnia ab hominibus sufferre: qui nesciat irasci, quemadmodum id credere indutus est totus ferè mundus, persuadeturq; à quibus nescio, quotidie. At vere fallitur. Quod enim irasci, quoque possit, maximo suo damno, æternaque damnatione sua didicere. Nō omnia omnium hominum acta approbat, qui & saluator esse potest, & Iudex. Atq; id ipsum etiā atque etiā inculcetur hominibus oportet, iuxta ea quæ heri audiuiſimus, aliās de ijs quæ blandè de Christo sunt dicta, superbirent, atque sine vlla formidine in miserationes Dei peccarent. Atque hæc quidem vna ratio, quur Euangelium hoc ipso die in Ecclesia legatur.

Secunda ratio, quod haud dubiè Stephanus eorum numero Sapientum & Scribarum vnus, quos æterna sapientia, substantialeq; ipsum verbum Dei Iesus Christus ad Iudæos ablegauit, imò quod Prothomartyr Christi, in cuius se sanguine asperſerunt & fœdarunt. Potuisset quidem Stephanus in multis commodare Iudæis. Ab ipsis enim ad nos deuenit. Quæris qui sic? Ecce videmus, & audimus, & officium, & vitam & orationē, & passionem, denique & ipsam mortem eius. Omnia eiuscemodi, in quibus ad nos à Deo missus ab Ecclesia nobis proponitur. Fdelis in officio, verax & cōstans in do-



Strina, in vita sanctus & irreprehensibilis, in oratione deuotus, in passione mitis, in morte voluntate paratus. Et hec quidem proprie hominis Christiani sunt.

Tit. 2.

Eaque propter Christus, vt Apostolica tradit autoritas, in mundum venit, vt mundaret & acceptaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Atque ea causa tanta honorificentia statim à natali Domini nostri in memoriam reuocatur Stephanus, nempe quod omnia que in Christiano homine maxime requirantur, proprie & apertissime in ipso considerantur. Id quod singulari est perpendendum diligetia. Si enim heri non obliquis oculis decorem perspeximus Christi Regis nostri, ad confirmationem fidei nostræ, ad consolationem conscientie nostræ: iam quoque consideremus quod decus Christiani militis, ad vitam nostræ institutionem. Sanctus, imò sanctus sanctorum Rex noster, vt Daniel. Idem & ministros suos sanctos desiderat. Sed

Dan. 6.

de his alibi fusius dictum est. Redeo ad euangelium de quo supra dictum memini, quod ideo recitatur hodie, quia & Stephanus eorum numero vnus, quos ad nos Christi delegauit benignitas, vt sciatur perinde inclementem fore Christum in iudicio contra incredulos, atque initio suæ incarnationis & gratiæ, pijs sese exhibuit clementem.

Ag. 7.

Ac hoc quidē nos cautiōres reddat. Ita o fratres Christum suscipiamus, vt ab Angelis annūciatus est, vt à Stephano à dextris Dei in cœlis visus est: sic minimē talem experiemur, qualem hoc Euangelio Iudæi verbis, postea verò in virga experti sunt. Quæramus vt pastores, & inueniemus. Consteamus eū cum verbo tū vita, vt Stephanus, & paratū expeditūq; in omnibus aduersitatibus in ipsa morte ad auxiliandū sentiemus. Ecce, inquit Stephanus, video cœlos apertos, & Iesum stantē à dextris virtutis Dei. Beatus planē qui eo modo Christū intueatur: nā hic in morte cōsidere, atq; cum fiducia dicere poterit: Domine Iesu suscipe spiritū meum, vt Stephanus in sua morte deus Opt. Max. largiatur nobis suam gratiā, vt Christus internum nobis omnibus maneat saluator: nec vertatur nobis in seuerum & inclementem Iudicem, qualē Iudæi senserunt, & oēs impij experturi sunt.

QVIN.



## QVINTVS SERMO,

*Collatio Festi hodierni et Euangelij cum**vigesimo tertio Cap. Matthæi. de Fe-**sto Natalis Domini.*

**N**on videntur vel Euangelium hoc, vel etiam ipsa isthęc festiuitas quicquā ad ea facere quę heri peregrimus, quęq; nō modo Angeli aut Propheta, sed ipse etiam Christus per Dauidem prædicauerunt. Illud enim omni lætitiā & exultatione sc̃cundum: hoc contra minitationibus formidandum. Verum etiam atque etiam intuentes, dupliciter ijs omnibus seruit. Primo per contrarium. Si quis enim ignorat, quantum consolationis adferat, quod Christus homo in hunc mundum natus est: si cui ignotum quod bonum, quia iam porro populum nos suum vocat seque nobis Deum fore promittit: Audi Israël, per Dauidem ait, & contestabor tibi, Deus ego tuus sum: si quis, inquam, ignorat nec intelligit quā isthęc gratia, hodiernum Euangelium intueatur, & contrarium inueniet, nempe quod malū eos maneat, qui nec populus Dei sunt, nec Christum siue Deum habent, nec natalem vllum, Saluatorem vllum agnoscunt, vel quod Deus dominus illorum sit. Veniet, inquit Christus, super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram. Et: Relinquetur vobis domus vestra deserta. Et iterū: Amodo non me videbitis. Et quid his minis atrocius? quid formidabilius? Quis infelicior illo, cui Christus eo modo loquitur? Quid nisi sempiterna indignatio reliquum illi, qui eo modo à Christo deserritur? Hęc ergo quisq; pie Christianus secum cogitet, & non multo labore videbit, quod bonum sit, quę gratia, quam conscientijs pacem adferat quod se Christus, in sua natiuitate, Dominum nostrum fore pollicetur & contestatur. Seruit ergo hoc Euangelij natalitjs solennijs per contrarium. Vt ibi suos alloquitur blādē, sic modo inonat contra hostes suos seuerē. Qui ergo natalē Christi negligit, vel blandiloquentiā Christi temnit, vel non suscipit, nihil reliquum expectat, quā quod hic Iudæis minatur. Id si quis effugere cogitat, apud humile præsepe Christi incarnati persistat. Nam quod illic durius hostes suos aggreditur, eo mitius hic agit: accedere

Psal. 49.

Matt. 23.



ubet, a cci pere mandat, & omnem petitionem omnem-  
que expectationem excedentia daturū se promittit. Con-  
gregare mihi sanctos meos, inquit. Et mox: Audi popu-  
lus meus & loquar: Israël, & contestabor tibi: Deus De-  
us tuus. Ego sum. Huc pertinet, quicquid vbiq; Scri-  
pturarum de regno Christi consolatorium dicitur: vt vi-  
deremus quā securē sub Christo habitemus.

**Dan. 2.** Atque vnicus ille Daniel sua iauitatione, omnes cer-  
tatim concurrerēt mouere posset. Deus, inquit, cœli su-  
scitabit regnum quod non dissipabitur in æternum, &  
regnum eius alteri populo nō tradetur. Comminuet au-  
tem & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in  
æternum.

**1. Cor. 9.** His verbis, inquam, apertissimē videtur Christo ad-  
hærentium beatitudo. Primò enim, si quod regnū Chri-  
sto est in terris, vtique qui in illud intrauerunt, sunt. Ne-  
que enim de bobus cura est D E O, nec cætera bruta  
eorum bonorum capacia sunt. At Angeli cœlestis regni  
ciues sunt. Restat ergo homines Christi in terris regni  
incolæ sint.

Secundo, si hic regnū Christus habet, non vnus tan-  
tum homo, sed plures sint incolę necesse est. Vnus enim  
non constituit regnū, sed magna hominum frequentia.

Tertio, si regnum Christo in terris est, potentiam, ma-  
iestatem, rerum copias, sapientiam, leges, seruos habeat  
necesse est: his enim omnibus conseruatur regnū vt sit.

Quarto, si Christi regnum à deo suscitatum est, vt sit  
æternum, vt non dissipetur: necesse ergo est, nihil in se  
habeat, præter diuina omnia: fortitudinem, potentiam,  
diuitias, sapientiam, imò nihil præter Dei filios, amicos  
& seruulos.

**Ioan. 10.** Quinto, si Christi hoc regnum nulli alteri populo tra-  
detur, nec ab ipso auferetur: sequitur omnes huius re-  
gni subditos perituros minimē, vt nec ipse rex peritu-  
rus est vnquā. Et hoc quidem ipse Christus testatur si-  
gnantissimē: Oues meæ non peribunt in æternū, neque  
rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus qui dedit  
mihi eas, maior omnibus est: & nemo potest rapere de  
manu patris mei. Et: Pater, quos dedisti mihi nō perdidisti  
ex eis quenquā, nisi filius ille perditus, ego custodiui. Ec-  
ce om-

**Ioan. 17.**

ce om-



ce omni æstimatione maiore certitudinis consolatione  
iis qui Christi regno inserti Christo adhærent. Eoq; mi-  
nus miramur tot mala minitari Deum aspernantibus. Et  
hoc primum, in quo hodiernum Festum pro ratione Eu-  
angelij, natali Domini seruit.

Secundum, est exemplum, & quæ de S. Stephano di-  
cuntur, quæ alio quodam modo illi rei seruiunt, vbi Chri-  
stus alia ratione se Deum nostrum fore testatur, si modò  
se sequuti fuerimus. In D. Stephano id ostendit. Primo  
quod ipsi non modò gratiam & fidem, verumetiam eam  
spiritus fortitudinem largitus est, vt miraculis clarus, ne-  
mo esset qui eius spiritui resisteret. Secundo, quod per se  
quotionis tempore, tantis consolationibus, tanta lætitia  
cor eius imbuat & impleuit, vt facies eius etiã externè  
in modù angeli luceret. Inimici eius, vt Scriptura tradit,  
videbant faciem eius tanquam angeli.

Tertio, quod et cælum patefecit, quod gloriam suam  
ostendit. Hoc igitur modo testificatus est Iesus, quod nò  
modò Diui Stephani, sed & noster Deus velit esse. Sed  
nunquid non certè approbationes & testimonia? An nò  
verè eum animum meum profiteor, proximum meū di-  
co, qui mihi largitur, me consolatur, & in necessitatibus  
meis præsto est. Eo autem modo Stephano Christus ad-  
stitit, nec huic soli, verumetiam innumeris alijs. Est ergo  
ostensum denuo, testificatum, & approbatum, Christum  
qui ab æterno Deus erat, nunc in humanitatis natiuitate  
nostrum etiam Deum factum, nostrum in æternum per-  
mansurum esse. Id quidem quum merita nostra longè  
excellit, difficile creditur, ita sese Deum nobiscum sub-  
mergere: & maximè, si quales simus nos, qui pœnis, nul-  
lis beneficijs dignandi sint, cogitauerimus.

Sed satis superque confirmatum est, Christum Deū  
nostrum fore, ipso in Dauide attestante. In natali ipsius  
heri id prædicatum est, videmus & audimus id ipsum ho-  
die in Stephano. Meritò igitur omnes in nobis animad-  
uerterent, quod tam splendidis verbis Isaias quondã ce-  
lein: Exultabunt sicut qui lætantur in messe: exultabunt  
sicut victores capta præda, quando diuidunt spolia. Me-  
ritò profectò in nobis exultationem conspicerent, &  
quidem summam. Si enim mundi huius filios in corpo-

Isai. 9.



ris vsus dimetiri fructus lætificat, quanto magis nos dei filios gaudio imbuet, quod Christus semel omnia gratiarum dona, imò totum regnum, totamq; hereditatem suā, quā vt vngentus & naturalis Dei filius propriā habet, donare & tradere vult: imò donauit & tradidit.

Quod si mundi huius filios lætificat, vbi corporales hostes deuicerint, vbi prædā amplā ceperint: quāto magis nos lætabimur, quod Christus inuisibiles hostes nostros debellauit, & simul importabile iugum, & virgam humerorum nostrorum, & actoris baculum à nobis abstulit & confregit, hoc est, non solum quod nostras conscientias premebat peccatum: non solum virgam humerorum nostrorum maledictionem Legis, sed etiam baculum & potestatem Diaboli, qua nos omnes angustiat, à nobis abstulit. Profectò qui Christum verè nouit, nunquam spiritali carebit gaudio etiā in maximis necessitatibus et periculis. Id qd̄ rursus clarissimè in D. Stephano videmus. Hic tantum gaudium minimè celare potuit, etiā cum blasphemator & Dei inimicus accusatus iudici sisteretur, cum dentium hostiliū fremitu extra ciuitatē eiectus lapidaretur. In his omnibus, inquam, animi sui lætitiā abscondere non potuit, nihil motus vel fremitu hostium, vel mendacio, vel accusatione, vel etiā lapidatione. Ecce, inquit, video cœlos apertos, & Iesum statem à dextris virtutis dei. Et: vñe ne statuas illis hoc peccatū. Et quid ista verba, nisi plenum gaudij animum indicant? Sed vnde tantum gaudij hausit fortissimus athleta, nisi ex ipso natali Dñi, ex agnitione & cōsideratione gratiæ, quam Christus attulit, nobisq; in suo regno exhibet? Hoc igitur modo, quid natiuitas domini in nobis operetur fiet conspicuū, ideoq; statim ab illa Stephanus nobis proponitur, quo quisq; eius exemplo monitus semet cognoscat, & rectēne an secus natale illū celebrauerit, iudicet. O pulchrā et necessariā probā. Sed timeo multos comperturos in ea, admodū parum se de regno Christi nosse. Summa hæc est, quandoquidem viuētes natalem domini attingimus cum Stephano, semper cū ipso in Domino nobis gaudendum est, eoq; cum maiore diligentia gratiæ agendæ, qui nos replet cōsolationibus: & gratiarum donis diligentius viuētes, ipse noster in sempiternum

Act. 7.



ternum maneat, nec nos ab illius regno vllatenus excidamus, honeste ambulantes, viā mandatorum illius curamus. Hæc igitur cogitemus & meditemur hodie: in hoc enim nobis hodie D. Stephani inferuit memoria. Satis vbiq; occasionis ad deuotionem ad pietatem, Deus Opt. Max. vt ea recte vtamur largiatur gratiam, Amen.

## S E X T V S S E R M O,

*Collatio hodierni Euangelij & hystoriae de S. Stephano.*

**I**n hac Euangelica lectione Christus de Iudæorū ingratitude, quam in Prophetas pariter, & eos qui ad se misserat, exercuerūt cōqueritur. Id verò pulchrè natalitijs Domini cōgruit. Nam eā ipsam ingritudinē à prima ortus sui die Christo, & maxime Bethlehemitæ ostenderunt. Inter hos enim in sua natiuitate Christus pro hospitio stabulum, pro cunabulis præsepe tantū reperit. Atque tum quidem statim impletum est, quod de Christo vaticinatur Ioānes: In propria venit, & sui eum non receperunt. Et: In mundo erat, & mūdus per ipsum factus est, & mundus eū nō cognouit. Neque ergo mirum, id ipsum legatis quoq; ipsius facitare. Si enim patrē familiās vocauerunt Beelzebub, quid nō in seruis illius facerent? Quod si mundus intelligeret, quæ & quanta ab his legatis susceperit, suscipiatq; si velit, etiamnum, non ea profectō ingratae mentis signa exhibuisset. De Christo Ioannes loquitur, quod omnibus in se credentibus potestatem dederit filios Dei fieri, quod bonum omne desiderium, omne facile votum in his terris superat.

Ioan. i.

Matt. 10.

Ioan. i.

Nulla alia Deus Prophetas, Christus Apostolos suos causa in hunc mundum ablegauit, nisi pro salute hominum. Quoties, inquit Christus, volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cōgregat pullos suos sub alas, & noluit? Imò non tantum noluit, verum etiā Christum, & quicquid eius, persequutus est, nulla alia causa, quā quod suis operibus sentiret oppugnatorem. Mala enim cum essent eorum opera, oderūt lucē, aut certē magis dilexerunt tenebras suas quā lucem. Quod si pomposus magna satellitum caterua stipatus in mundum venisset Christus, apparatus vbiq; locus fuisset inuētus,

Matt. 23.

Sap. 2.

Ioan. 3.



**Ioan. 15.** vbiq; obuiâ famuli: sed quia pauper, summa inopia prefus, summa humilitate submissus, ab omnibus excluditur, à nemine intromittitur. Idè Apostolis & legatis suis vsu venit. Si de mundo fuissent, mundus quod suū erat dilexisset: sed quia de mundo non sunt, propterea odit eos mūdus. De hac ergo ingratitude Christus conqueritur in hoc Euangelio. Quod autè de omnibus suis in genere dixit, hoc totum in D. Stephano ostensum est apertissimè.

**Act. 6.** De hoc enim Lucas testatur. Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat signa & prodigia magna in populo. Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum & eorum qui erat à Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano, sed nemo poterat resistere Sapientiæ & Spiritui qui loquebatur in illo. Tunc subornauerūt viros qui dicerent: Audiuius eum dicentem verba contumeliosa in Moſen & Deum. Et commouerunt plebem & seniores & scribas, atque inuadentes corripuerunt eū, & adduxerunt in concilium, statueruntq; falsos testes, qui dicerent: Hic homo non cessat loqui verba contumeliosa, aduersus locum sanctū hunc & legem. Audiuius enim eum dicentem: Iesus Nazarenus iste demolietur locum hūc, & mutabit traditiones, quæ tradidit nobis Moſes. Atque longo sermone Stephanus increparet, quod non solū Prophetas omnes, verumetiam illo ipso tēpore ipsum Dei filium, verumq; suum Mesſiam persequuti fuissent, & trucidassent, dissecabātur cordibus suis, & stridebant in eū dentibus suis: exclamātes voce magna, obturauerūt aures suas, & impetum fecerūt vnanimiter in eum, eiſcientes eum extra ciuitatē, lapidabāt, &c. Hec de eo Lucas. Hæc mundi huius facta in hunc tantæ sanctitatis virum, & Dei legatum. Iudæi nihil ingritudinis prætermiserunt. Quo modo persequuti fuerunt Dominum, eodem persequuntur & seruum. Sed dignè retaliatum est ijs. Ablatum est ab ipsis regnum Dei, ciuitatē & templum amiserunt, temporaneè puniuntur, æternū cruciantur. Sed isthæc modo missa facio: non enim hic de Iudæis, sed de Sacto Stephano mihi institutus est sermo. In hoc ergo pulchrè videmus, quæ nobis ex natiuitate

**Act. 7.**

**Ioan. 15.**

**Matth. 23**

tate



tate Christi bona: & quis ijs bonis vtendis modus.

Duo autem in eius historia audiuius. Primò, quod plenus gratia & fortitudine, plenus fide & spiritu sancto fuerit. Et hæc quidem omnia ingentia bona, omnibus necessaria sunt. Primum enim impossibile est sine fide

Heb. ii.  
Rom. i. 8.

Placere Deo. Tum apertè Paulus Qui non habet spiritum Christi, inquit, hic non est eius. Insuper certum est, neminem sine Spiritu sancto quicquam boni perpetrare, quemadmodum & ipse CHRISTVS: Sine me, inquit, nihil potestis facere, multo minus poterimus in

Ioan. 15.

tetationibus persistere. Ideo ergo & ad Petrum CHRISTVS: Non potes me modo sequi. Ideo etiam discipulos in genere vetuit, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent quousque acciperent virtutem ex alto. hac enim sine tam nõ permanissent in persecutione ceteri, quàm in passione Christi Petrus. Stephanus omnia hæc in se vno complectitur, fidem & Spiritum, gratiam & fortitudinem. Sed hæc omnia à solo Christo. Videmus ergo in Stephano fructus natiuitatis & aduentus Christi. Paulus quatuor enumerat effectus, sapientiam, iustitiam, sanctificationem, redemptionem: hic verò quatuor alios fructus inuenimus, fidem, Spiritum, gratiam, & fortitudinem. Et hac proculdubio causa hodiernum festum natali Domini annexum est, nempe vt eo melius & rectius beneficia Christi agnoscerentur.

Ioan. 15.

Luce. 24.

1. Cor. 1.

Secunda causa est, vt in Stephano diuinæ gratiæ donorum vsum addiscamus. At quæris quomodo ijs Stephanus sit vsus? Primo cõstanter simul & apertè confitetur Christum. Secundo, etsi multis falsis testibus obrueretur, nihil tamen præter angelicam faciem ipsi etiam hostes sui videre poterant in eo. Tertio, quàm vehemensimè sæuientibus inimicis, ipse in cælum sublatis oculis, sese consolatur, quod cælum apertum habebat, quod valentem reconciliatorem, & defensorem pro Dei tribunali videret, ipsum Iesum Christum iustum, qui & ipse est reconciliatio pro peccatis nostris. Quarto, cum lapidaretur, patientissimè fert omnia, de nullo queritur, non maledicit: imò duobus tantummodo verbis vitam & sermonem finiit: Pro se alterum, alterum pro persequentibus se. Pro se quidem: Domine Iesu, inquit,

1. Ioan. 2.



suscipe spiritum meum: pro se persequentibus: Domine, ne statuas illis hoc peccatum.

Ecce hoc statim à natali Domini nobis ob oculos ponitur exemplum. Et eo modo nos quoque gratiarum donis utamur. Primo impeterritè & apertè confiteamur coram Mundo, nec pudeat nos Christi. Qui enim

Matth. 10

erubuerit Christum coram hominibus, hunc ipse etiam erubescet coram angelis Dei. Secundo, ut angelicum praeferamus aspectum, & quemadmodum Petrus docet:

1. Petr. 2.

bonam conuersationem habeamus inter gentes, ut qui detrectant de nobis, videant opera nostra bona, & glorificent patrem Deum, qui in cœlis est. Tertio, ut semper cœlum suspiciamus, & quæ sursum sunt quaeramus, ubi Christus sedet in dextera patris. Quarto, ut patientiam praestemus in tentationibus, & denique non tantum pro nobismetipsis, sed etiam pro inimicis & persequentibus nostris precemur. Hoc demum verè & rectè uti esset natalitijs Dei. Deus & Dominus noster Iesus Christus gratiam suam & spiritum, fidem pariter, fortitudinem largiatur nobis, eaque omnia in nobis efficientia faciat, ut semper in omni tentatione perstantes, in fine vitæ nostræ cū Stephano dicamus confidenter: Domine Iesu, suscipe spiritum meum, Amen.

Coll. 3.

## IN DIE S. IOANNIS

EVANGELISTAE EVANGE-

lium. Ioan. 21.

**D**ixit Iesus Petro: Sequere me. Conuersus autem Petrus vidit alium discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem, qui & in cœna supra pectus Domini recubuit, & dixit: Domine quis est qui te tradet? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu: Domine hic autem quid? Respondit Iesus. Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus:

Iesus: